

hinc Verba de omnibus  
in Confed. anni 1648  
addita.

(In Magno Ducatu Lithvanig vero, in Conventu, Wielkie Koto, dicto.)  
Et in Causis ex ipsorum Actoratu, forum citati competens sequi ibi  
jus suum obtinere debent.

Non in hac  
anni 1648. Confed.  
NB.

Qua cuncta in omnibus Punctis et Clausulis (pro Legibus  
petua statuimus) omniaq; superius recensita, pro<sup>ntis</sup> et Posteris  
Nostri servare firmiter, et sub fide, honore ac Conscientijs No-  
stris tueri promittimus. Quicunq; veni his contravenire et Pa-  
cem superius toties nominatam Ordinem Publicum destrue-  
re voluerit, contra talem omnes consurgemus in ejus destru-  
ctionem, etc. etc.

Subscriperunt Archiepiscopus, Episcopi, Senatores  
approbando in omnibus et singulis hanc Confedera-  
tionem; Nisi quod Romano-Catholici hic prima  
vice Subscriptionibus suis hac adjecerint:

Salvis Juribus Ecclesie Romanae.

Salva.

Quod vero talis Exceptio, sive, uti vulgo audit, SALVA  
Legi firmiter approbata nihil deroget, hoc ipso Anno in  
Electione Regis V. A. D. I. S. A. S. W. in Articulis Pactorum  
Conventorum, ejus modi Subscriptiones hic sunt explicatae  
imo diluta Verbis:

Et quando quidem in hoc M<sup>o</sup> Regno Pentis Polonic, Lith-  
vanic, Russica, etc: non pauci reperiuntur Dissidentes in  
Rel. Chriana, praecavendo, ex ipso Antecessorum Nostrorum, ne se-  
ditiones aliquae aut tumultus, occasione Religionis oriantur  
cautum est Novissima Confoederatione Varsaviensi Prae-  
ut in Causa Rel. Chriana, Pax inter Dissidentes de Religio-  
ne conservetur; quam nos inviolabiliter servare in perpetuum  
promittimus, Non obstantibus quibuscunq; Pro-  
testationibus, contra hanc Confoederationem,  
post Convocationem factis; Salvis Juribus Ecclesie Catho-  
licae Romanae; Integra nihilominus, in omnibus, Dissiden-  
tium de Religione Chriana Pace et securitate, quemadmo-  
dum in Convocatione Varsaviensi novissime habita, Con-  
foederatione Prae- descriptum et cautum est.

Nemo igitur hasce Subscriptiones et Exceptiones aliter,  
quam ibi Lege Publica expositum, interpretari potest.

Idcirco